





VIRO JUVENI
DOCTRINA ET VIRTUTIBUS
ORNATISSIMO
NOBILISSIMO ATQUE CLARE DOCTO
DOMINO

ADRIANO
STEGERO

PHILOSOPH. BACCAL. ET S. THEMID. CULT.
DIGNISSIMO

SUMMOS IN PHILOSOPHIA
HONORES

XV. Kal. Mart. A. O. R. CIO IO CC XXV.

in illustri Academia Lipsiensi
ab

INCLUTO PHILOSOPHICO ORDINE
EX MERITO COLLATOS
GRATULATUR

M. Benjamin Holzkappel, Paroeciæ
Megalo-Portensis Pastor.



CIZÆ,
LITERIS HUCHONIS.





Jam taceas, Mome,
Heroum filios noxas.
Nepotem sisto,

CLARISSIMUM STEGERUM

in quo censebis, quod nihil in eodem censendum:

Est enim ex asse Paternarum virtutum haeres.

ILLUSTREM sisto PARENTEM,

quo meliorem Respublica Lipsiensis raro vidit;

grandis etate molitur grandia,
cum ad res grandes sit natus.

MAGNUM sisterem AVUM,

cujus omnis posteritas immortales canit laudes,
si vel uni unus sufficerem.

Nepotis miremur virtutes.

Nam Parentum merita nos obstupefactos tenent,
svadentqve silentium,
cum ipsa loquantur.

A teneris advescere multum.

CLARISSIMUS STEGERUS

à teneris animum ingenius excoluit artibus,
ne minor fieret

MAGNO PARENTE.

Excultum exor navit eruditione solida;

Nam turpe duxit:

Ex omnibus aliquid.

Exornatum omnibus auxit virtutibus,

ne plus deficeret, quam proficeret,

aut, crescente eruditione, decreveret.

En! Ex ungue leonem.

Studium DEO placendi

difficillimum est inter difficillima:

sed vera sapientia.

in deliciis habet divina & difficiliora.

Nam nihil tam difficile,

quod quærendo non possit in vestigari.

NOBILISSIMUS STEGERUS

ab incunabilis Deum quæsit,
& nihil prius, nihil antiquius habuit,
quam Deo placere.

Scientiæ rerum divinarum & humanarum
egregia edidit specimina,
ne scire ipsius esset nihil.

Circa admiranda semper fuit occupatus,
ne videretur ignarus,
cum ignorantia filia sit admiratio.

Denique,
Nunquam videri, sed esse maluit
pius atque sapiens.

Nam vera sapientia magis amat esse, quam appellari.
Mundi immundis voluptatibus,
non desit delectari, quod nunquam coepit.
Cœlestis sapientia ab ungviculis STEGERI fuit Alfasia.

Quis itaque non annueret

CLARISSIMO STEGERO?

Et recte.

Rectius rex appellatur sapiens, quam Tarquinius,
qui nec se, nec suos potuit regere.

Rectius magister populi, quam Sylla,
qui omnibus deditus fuit flagitiis.

Rectius dives, quam Crassus,
qui abundans divitiis eguit.

Sapientis sunt omnia.

solus sapiens scit omnibus uti.

solus sapiens est liber,

nullis enim subiectus est vitiiis.

solus sapiens est invictus,
ne ulli quidem obedit cupiditati.

O TE felicem!

O TE sapientem!

O TE dignissimum Paternarum virtutum hæredem!

Utrum vero feliciorum prædicem.

STEGERUM NEPOTEM ILLUSTRIS FILIO, an FILIUM NEPOTE?

Laudent alii Consummatissimi Jcti raram pietatem,
unum maxime necessarium:

Extollant alii summam Ejus vigilantiam,
quæ serâ nunquam differt in craftinum:

Salus Reipublicæ suprema lex esto.

Omnibus prædicent alii laudibus amorem erga Patriam:

Quid dulcius Patria?

ILLUSTRIS STEGERUS

ob Filium pium atque sapientem,
mihî jam omni ex parte beatus dicendus.
Hinc rectius Filium comparamus cum Avo,
quam cum Cyro Cambyſen.
Nam dignum reliquit Filium.
Eccè!

Pater videbit & jam videt in Filio,
quod vidit in Filio Parens!

Exclamet Augustus Cæſar:

Utinam cœlebs vixiſſem orbuſque periſſem!

TE, MAGNE STEGERE,

feliciffimum ſalutant Patrem.

omnes boni,

quod pio & ſapiente gaudes Filio!

Semper Honos, Nomenque Tuum, Laudesque manebunt!

Quod Gallia de ſuis Regibus,

id Lipſia de ſuis **STEGERIS:**

STEGERUS non moritur!

VIR MAGNIFICE,

merito **TIBI** gratulor

de tanto Filio,

qui jam dudum ſummis in Philoſophia honoribus

par fuiſſet,

nifi imparem eſſe voluiſſet modèſtia.

Ergo & **TIBI,**

CLARISSIME STEGERE,

de tanto Parente, Phoſphoro prælucente,
nec non de tantis tanque dignis honoribus
animitus gratulor!

Ne mordeas, Mome:

Ab Aquilis gignuntur Aquila.



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506
K118
1017





VIRO JUVENI
 DOCTRINA ET VIR TUTIBUS
 ORNATISSIMO
 NOBILISSIMO ATQUE CLARE DOCTO
 DOMINO

ADRIANO
 STEGGERO

PHILOSOPHIA THEMID. CULT.

SUMMO SOPHIA

XV. K. in CC XXV. ofienfi

INCLUT ORDINE OS

M. 2 Paroeciae

